



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacris bellis B. Carolomanni principis priusquam saeculo renunciaret.
Cap. XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

De sacris bellis B. CAROLOMANNI principis priusquam saeculo renunciaret.

C A P. X I.

CAROLOMANNVS cum fratre suo Pi-
pino fraterna concordia patri in hære-
ditate indiuisim successit. Notat id Sige-
bertus, scribens ad annum 1000. XLI. Pacato
& dilatato Francorum regno, Carolus belli-
cosus Princeps obiit, & filios suos Carolo-
mannum & Pipinum principatus sui suc-
cessores reliquit. Mox autem Pipino in
Aquitania occupato, Carolomannus pri-
mum in Alemania, deinde in Saxonia victo-
riis potitus est.

VI. Braban-
tia Dux cum
Pipino fratre.

Ceterum anno quadragesimo sexto, cum
annis ferè quinque cum fratre paternas di-
tiones administrasset, amore Dei principa-
tum terrenum deserens, vt in futura vita cen-
tuplicatam reciperet possessionem, primum
in Soracte monte, vbi S. Siluester delituisse
dicitur, fundato monasterio se rotondit, &
deinde in castro Cassino laudabili vita eni-
tuit. Qua de re multa apud Reginonem, &
alios historicos, & in Natalibus Sanctorum
Belgij ad xvii. diem Augusti leguntur. Cas-
sini enim inter beatos numeratur, & in arca
est eleuatus.

B 2

De